

Τῶ ἐν ἁγίοις Πατῶς ἡμῶν  
ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ

Κωνσταντινῆ πόλεως Ἰσορία σιῶ τομος

ὑπὸ τῆ Μαυρικίᾳ Βασιλείᾳ.

S. NICEPHORI


PATRARCHÆ

CONSTANTINOPOLITANI

Breuiarium Historicum ; de rebus  
gestis ab obitu Mauricij ad Con-  
stantinum vsque Copronymum.

*Nunc primum vulgatum, ac Latine redditum  
operâ DIONYSII PETAVII è Societate  
IESV, cum eiusdem Notis Chronologicis.*

Accesserunt & alia insuper Fragmenta Theo-  
phanis, Nicephori Gregoræ, Pachymerij, &  
aliorum nondum in hanc diem edita.



*de la Lib. A.*

PARISIIS,

Apud SEBASTIANVM CHAPPELET,  
via Iacobæa, ad insigne Oliuæ.

M. D C. X V I.

CVM PRIVILEGIO REGIS.





ILLVSTRISSIMO VIRO  
GVLIELMO VAIRIO  
Franciæ Procancellario.

DIONYSIVS PETAVIVS  
è Societate IESV. S.

**Q**VO primùm tempore  
Magistratus amplissi-  
mi dignitatem ade-  
ptus es, (*Vir Illustris-  
sime*) communis hic omnium  
sensus fuit, non minùs literarum  
incolumitati, quàm Imperij sa-  
luti esse prospectum. Etenim  
quòd de Ciuitatibus à Platone  
dictum est, multo id magis ad ar-  
tium studia disciplinasque perti-  
net: tùm eas demùm felices futu-  
ras, cùm aut Sapientes præessent,



nibus exciuerunt, quem formi-  
dolosus temporibus in quadã ve-  
lut Imperij specula collocarent.  
Siquidem pacato mari, tràquillo-  
que cœlo facilè cuius governa-  
tori creditur, vel mediocriter pe-  
rito. In periculo nemo est qui  
non eum, si potest, adsciscat,  
quem scientissimum, prudentis-  
simúmque cognorit.

In quo vnum est minimè præ-  
tereundum, quod ad hoc negotiũ  
multum interesse sentio. Nam  
plerique, qui prodesse sapientia  
sua publicè student, operosam  
illam duntaxat, ac rebus gerendis  
exercitatum adhibent; eam verò,  
quæ in Libris doctrinisque cerni-  
tur, tanquam ciuitatibus inuti-  
lem, feriatis hominibus relin-  
quunt. Tu verò sic vtramque  
admirabiliter complexus es; vt

cup xo, audilim, in a iij

---

EX PHOTII BIBLIO-  
THECA.

**L**ECTVM est S. Nicephori Archiepiscopi  
Constantinopolitani Breuiarium Histori-  
cum. Cuius initium est à Mauricij cade, & ad  
Leonis & Irenes vsque nuptias perductum  
est. Dicendi genus minimè redundans, &  
perspicuum. Dictionis verò elegantia, oratio-  
nisque structura, neque soluta nimium,  
neque porro cum affectatione pressa & ad-  
stricta: sed cuiusmodi eloquentis planè homi-  
nis ac perfecti esse debeat. Nam & nouitatem  
declinat, & quod vetus excultumque est non  
pratermittit. Inest præterea illius orationi  
quidam cum voluptate lepos. Denique pluri-  
mos eorum qui antea scripserant, una hac  
historica lucubratiuncula superauit. Nisi  
quòd nimia breuitas nonnihil de venustate  
ipsa decerpere videtur.